



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XI. Manumissio Constantiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

## X I.

## Manumissio Constantiæ.

*Ex Chartulario monasterij Vsercensis.*

**Q**UI debitum sibi nexum relaxat servitutis, retributorem Dominum in futuro iudicio pro mercede tua sibi esse sciat. Ob hoc igitur ego infra denominatus Rainardus considerans casum fragilitatis meæ, ideo absolvo quandam vernaculam meam nomine Constantiam, pro amore Dei, & pro remedio animæ meæ, & pro remedio animæ patris mei & matris meæ, de omni iugo servitutis, ut post hunc diem in quatuor angulis terræ licentiam & potestatem habeat faciendi qualemcunque seniore eligere voluerit in omnibus, & sibi ambulet, & sibi vivat, & libera & absoluta maneat omnibus diebus vitæ suæ. Sanè si quis, ego ipse, aut ullus ex heredibus vel propinquis meis, aut ulla aliqua immissa persona, contra hanc absolutionem ullam calumniam generare præsumpserit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat & sanctorum omnium, simulque cum Dathan & Abiron in inferno participationem habeat, & absolutio ista firma & stabilis permaneat omni tempore. Facta absolutio ista in mense Martio, regnante Karolo Rege. S. Rainardi, qui absolutionem istam fieri vel affirmare rogavit.

## X I I.

Testamentum Domni Ademari Vicecomitis  
 Sclarum & Abbatis Tutelensis.

*Ex Chartulario Ecclesia Tutelensis.*

*Nonnulla desunt in initio.*

**I**N primis ergo relinquo & reddo sancto Martino & monachis in antedicto monasterio sibi servienti-